

VI.

Brani della «Vita di Gregorio da Sanok» di Filippo Buonaccorsi Callimaco, concernenti Pier Paolo Vergerio⁽¹⁾.

- 5 [PHILIPPI BUONACCORSI CALLIMACHI *Vita et Mores Gregorii Sanoesi Archiepiscopi Leopoliensis. Recensuit Adam Stephanus Miodonski, Cracoviae, Sumptibus Universitatis Jagellonicae, MCM, capp. XVI e XIX*].

ERANT ibi eodem tempore duo viri eruditissimi, Paulus Vergerius et Philippus Podochatherus, qui ob diversam necessitatem – ille Italia, iste Cypro relicta, – contulerant se ad eundem episcopum, veluti ad confugium bonorum omnium ac litteratorum asylum, quotiens calamitas aliqua ingruisset. His studia et morum similitudo facile Gregorium coniunxit, valuitque ad conciliandam amicitiam in tanta nationum diversitate idem erga bonas disciplinas affectus. Sed quamvis in eis par
15 doctrina esset, non eadem scribendi ratio erat: nam Paulus quidem oratione plurimum valebat, Philippus pangendo carmini erat accommodatior. Itaque Gregorium, qui utrique generi scribendi se conformare studebat, prout cuiusque ferebat ingenium, alter versiculis, alter oratione provocabat. Exercitationum vero ipsorum iudex accedebat episcopus, sed et plerumque ipse alicuius partes suscipiebat, eodemque
20 genere exercitationis ingenium excolebat...

Orto aliquando sermone in cena de Charondae legibus, cum Vergerius sanctionem illam laudaret, qua cautum erat a Charonda, ne quis, cui primum matrimonium feliciter cessisset, secundum iniret, illos
25 vero, qui infortunati fuissent primis in nuptiis, loco insanorum duccendos si iterum ea in re fortunam tentarent⁽²⁾, Gregorius inquit: nichil aliud id fuisse quam statuere, ut cives alteram partem naturae rerum ignorarent, nam neque his, qui bonas uxores duxissent, licere malarum incommoda experiri, neque eos, quibus mala semel contigisset,
30 ad melioris fortunae condicionem posse pervenire. Addiditque, civilis fuisse intemperatarum uxorū repudia permittere quam, ne in intempe-

(1) Oltre all'edizione citata, v'è quella di L. FINKEL in *Monumenta Poloniae*, 1893, vol. VI; i due brani relativi al V. furono già stampati da E. ABEL, *Analecta ad renascentium in Hungaria litterarum &c.*, Budapestini, 1880, vol. I, p. 162. L'opera del Calli-

maco, di cui l'originale non più esiste, fu probabilmente composta verso il 1480, a breve distanza dalla morte di Gregorio nel 1477. Per la difficoltà cronologica ved. l'epist. CXXXXI, p. 388, nota.

(2) Cf. DIODORI *Bibliotheca Historica*, XII, XII, 1.